



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Margarita Evangelica

Essche, Nicolas van

Coloniae, 1545

Vt Christo intus & exterius conformemur. 4

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49323](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49323)

anima ad hoc peruenit, vt sic in ea exaltatus fit dominus, vt gaudiū ei fit pro amore ipsius crucifixam vitam agere, vtque seipsam propter ipsum diligat, quatenus ille in ea delectari possit, tunc ipse dominus omnia, id est, animam ad seipsum vult trahere, & secum vnire, eoq; subleuare & exaltare, quo ipsemet est exaltatus, in suam videlicet deitatis fruitionem. Denique, ad nomina animam mori cum ipso, ad vespertas quiescere cum ipso, & ad completorium sepeliri cum ipso debet, quatenus, vt præactum est, ipse in ea resurgere possit.

Qualiter dominum nostrum intus exterius usq; sequi, & in ipsum transformari debeamus. Cap. III.

AIT quodam loco dominus noster: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. Quæ profecto imitatio vel sequela, non tantum fit exterius in corpore, sed multo magis intus in anima & spiritu. Rursus alio loco dominus: Vbi ego sum, inquit, illic & minister meus erit. Et alibi: Quo ego vado, vos non potestis venire. Vbi enim ego sum in patre meo, illuc creatura nulla peruenire, vel permanere potest. Si ergo vbi dominus est, illic & minister eius esse debet, omnes eum creaturas & creata omnia deserere & transcendere oportet, & tunc venire in fundum animæ suæ, in quo latet dominus Deus suus, qui hic iam a seipso inuenitur. Et in hoc fundo regnum Dei in nobis manifestatur. Quantum enim nudi sumus & abnegamus nos ipsos, tantum nobis ab intra Deus seipsum manifestat.

Y v Por-

MARGARITAE EVANG.

Porro, si fundus noster nudus esse debeat, ipse
Deus hoc præstare habet: quæ idcirco deuotissi-
me rogare debemus, ut omnem a nobis gratie
suaë obicem repellat, & in nobilem illum fun-
dum nos deducat, quem ipse occulte inhabitat.
¶ Etenim hic quasi annihilamur, & ab ipsa crea-
tureitate nostra quodam modo nudamur, &
hoc ipsum quod Deus est, efficiamur per gratiam,
atq; hic quendam occultum in Deum accessum ha-
bemus, ipsiusq; secretis fruimur, & ab ipso agi-
tur spiritus noster, luxq; lucet in tenebris, & ho-
mo in nouum mundum, id est, in vitam super-
sentialem pertransit: ubi tunc seipsam beatissi-
ma Trinitas manifestat. Pater videlicet, in me-
moria per simplicem cogitationum lucem: Fili-
us in intellectu, per clarã cognitionem, spūs san-
ctus in voluntate, per amorē, ipsumq; vnū cum
Deo spiritum facit, in qua spūs vnitate ipse quoq;
spūs simplex & purus efficitur. Et hic pater ver-
bum suū æternum generat, i. spiritum lumine di-
scretionis illustrat, & spiritus ab anima diuidi-
tur, qui tamen essentialiter vnū sunt. Quia vi-
delicet spiritus cum tribus supremis viribus in
simplici illo (quod Deus ipse est) agitur, & ani-
ma inferius cum tribus viribus inferioribus in
multiplici amaritudine permanet. Ideoq; anima
per Mariam designatur, quæ mare amarum si-
gnificat. Etenim spiritu semper gaudio, tran-
quillo & libero permanente, anima diuersas pu-
gnas & certamina variosq; dolores ac tristitias,
& præcipue tres experitur.

De triplici animæ tristitia ex illuminatione
diuina. Cap. V.
Prima